

Interiit, sed non periret Pars ampla senatus,
Cujus opem sensit Curia nostra bonam.
Interiit DANIEL RICHTERUS, Consul amandus,
Corpore, non animo, qui super astra volat.
Hunc Themis, hunc Pietas, Gravitas, Prudentia, Pallas
Hunc lugent, luctus maxima causa subest.
Nam Tbemidos cultor fuit, & Pietatis amator,
Hinc gravis, hinc prudens, antis & ipse potens.
O dolor! ô lacrumæ! Nam si tot Numinæ lugent,
Cum Divis quis non lugeat buncce virum?
Sed modus in luctu. Nam luctus Consulis ingens,
Quo fuit oppressus, presbit & ipse suos
Non sine cordolio, cessat, victoria cessit.
Vincenti. Victor nunc sine fine capit
Gaudia, non oculo quæ sunt percepta, nec aure,
Unguam nec fingi mente sagace queunt.

DANIEL Wanf.

Sic juvat amatæ Patriæ, sic commodo
Vixisse Publico juvat, manes ubi
Tota gemit, emeritumq; flet, Patria virum.
Gessisse sic demum juvatq; Publicæ
Fasces rei, extinctum dolet si Curia
Tota graviter virum. Senatus tale tu
RICTERE Lumen eras columnaq; Gorlitj:

A 2

Mod-